

his intellexerint Imperatores in d. tit. Co. de dote cauta non num. cum lex ad ea, quæ accidunt frequentius, magis adaptetur. arg. l. nam ad ea, ff. de legib.

Tertio adduci solet text. §. si autem, vers. ubi enim, in auth. de tempore non soluta pecuniæ super dote. quo loci statuit Iustinia. quod elapso tempore opponendi exceptionem dotis non numeratæ, censetur maritus, vel le, quod dos ipsa non numerata restituatur. Non ergo maritus sola ipsa confessione, sine cursu temporis velle videtur, quod dos prædicta restituatur, & consequenter nõ præsumitur velle donare. Nec vget responsio Socini præcitato in loco, cum dixit, Iustinianum loqui de confessione facta ante contractum matrimonium. Nam replicatur Socini interpretationem repugnare claris verbis ipsius Iustiniani ibidem in §. si ergo annis duobus. Et his cessat alia consideratio, quam perplexè, & obscure subiungit Socin.

Quarto confertur leg. si voluntate, C. de dotis promissis, qua sancitum est, maritum petere posse dotem, quam confessus fuerat se recepisse. Ergo confessio illa præsumitur facta sub spe futuræ numerationis, alioqui si animo donandi præsumeretur facta, locus non esset illi petitioni. Non hic repeto aliud argumentum.

Quinto suffragatur a fortiori auctoritas, & ratio eorum, qui (vt retuli supra in secundo casu primi capituli) scripserunt, quod quando vir ante contractum matrimonium confessus est recepisse dotem, dicitur sic confessus spe futuræ numerationis, non animo donandi, cum tamen ita permissa ei esset donatio, sicuti confessio. Ergo a fortiori idem dicendum est in casu nostro, in quo donatio prohibita est costante scilicet matrimonio. Cui enim quis facit actum qui potest vno casu esse permissus, alio verò casu prohibitus, præsumitur factus in casu permissio. Ita Bart. in l. de pupillo, §. sed vt reprobari, numer. 7. de oper. noui nunc. & ibidem Alex. & Ias. sic & hic, cum confessio hæc possit intelligi facta in casu permissio, hoc est, spe futuræ numerationis, vel in casu prohibito, nempe causa donationis inter virum, & vxorem, præsumi debet facta causa futuræ numerationis. Non hic repeto aliud argumentum, quod ex Aretino collegit, & confutauit Soc. in d. l. 1. num. 101. versic. reperio etiam quod ff. sol. matr.

66 Et quæquam secunda hæc opinio verior sit, atamè difficile esset in foro recedere ab illa prima magis recepta. Quia quidem probata, in feruntur multa secundum Didacum in l. b. 1. variat. resol. cap. 7. num. 4. vers. quod si confessio.

67 Primò inferitur, quod confessio hæc seu donatio confirmatur præmortiente ipso marito donatore, absq; alia traditione rei, cum confessio hæc traditionis vim habeat. Ita glos. in l. 2. C. de dote cauta non numerat. vbi Bart. & idem in l. Papin. de donat. inter vir. & vxor. & in d. l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de leg. 3. Ias. in l. si diuortio, num. 8. de verb. oblig. alios refert Didacus præcitato in loco.

Inferitur secundo non cõpetere mulieri ob hanc confessionem plus tacitæ hypothecæ, necius prælationis, nec eius causam aliter tractandam fore, quam tractari solet causa donationis inter vir. & vxor. Ita Did. in d. c. 7. num. 4. versic. secundo hic apparet. post Calderinum, Alex. Bald. Nouell. Soc. Sen. & Campeg.

69 Inferitur tertio hanc confessionem seu donationem ex ea præsumptam, reuocari posse a marito expressè, vel tacitè ante mortem, & verè reuocatam censeri, quoad bona post confessionem alienata, si maritus, C. de don. inter virum & vxor. Ita refert Didacus præcitato in loco, vers. tertio id apparet. Alias illationes Didaci, ac etiã Socini, explicabimus in subsequenti bus extensionibus, & declarationibus.

Extenditur primò hæc communis opinio, vt locum

70 etiam habeat, quando confessio facta fuit in instrumento guaranteegiato, quod habet vim rei iudicatæ dispositione statuti. Hoc etiam casu confessio præsumitur facta animo donandi, & propterea non præiudicat marito. Ita scripsit Soc. in d. l. 1. num. 12. ff. solut. matr. quem secuti sunt Ruin. in cons. 56. nu. 9. lib. 5. & Paris. in cons. 16. num. 86. lib. 3. Et ratio huius traditionis prima est, quia quando principalis contractus præsumitur simulatus, sic & guaranteegia simulata præsumitur. Secunda est ratio, quia ex quo confessio iuris præsumptione apparet simulata, opponi potest simulationis exceptio, non obstante statuto prædicto, vt scribunt Bald. Salic. & reliqui in l. 1. C. plus valere, quod agitur.

Extenditur secundo, vt locum habeat prædicta opinio, etiam si maritus constanter ipso matrimonio, & post factam confessionem præstitisset alimenta ipsi vxori. Hoc etiã casu confessio hæc præsumitur facta animo donandi, & ob id ipsi marito non præiudicat. Ita docuit Soc. in l. 1. nu. 102. vers. secundum correlatiuum, ff. solut. matr. quem secuti sunt Ruin. in consil. 183. num. 5. lib. 1. Paris. in consil. 86. nu. 36. Goz. in cons. 28. nu. 23. vers. se primo fortius nu. 32. vers. ad sextum dico, & Crau. in tractatu de antiq. tempor. in prima parte principali, in particula tertia, quæ incipit, Propositum nostrum, num. 72. Ea ratione motus est Socinus, quia verisimile est, quod si maritus voluit donare dotem, quod est plus, multò magis voluerit etiam donare alimenta. Et si lex suspicatur de dilapidatione principalis, sic èr multò magis suspicatur de accessorijis. Et accedit quod si præstatio hæc alimentorum, nil etiam circa confessionem factam ante contractum matrimonium, quæ (vt diximus) est minus suspecta, operatur, sicuti explicauimus supra in primo capite, in §. declaratio, secundi casus, multò minus operari debet in casu nostro.

Extenditur tertio, vt locum habeat hic casus etiam, quando elapsus esset tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis. Nam lapsus ipse temporis, magis & magis arguit animi donandi. Ita Bal. in l. vnica, C. de priuileg. dot. Imola in l. si constanter, in princ. nu. 47. ff. sol. matr. Crau. in cons. 383. circa primum, nu. 2. lib. 2. Ang. Aret. in §. fuerat, num. 15. in inst. de actio. & hos secutus est Socin. in d. l. 1. nu. 102. vers. 2. limita, ff. solut. matr. qui testatur sic etiam respondisse Capram, & Petruccium. Et idem, retenta communis opinione, quod animo donandi fuerit confessus, scripsit Did. in lib. 1. variat. resol. cap. 7. num. 5. vers. 4. itidem, sic & Seraphinus in tract. de priuilegijs iuramenti, priuileg. 59. in fin.

Et ij quidem moti sunt primo ea ratione, quia si ex confessione præsumitur donatio, & consequenter confessio dicitur simulata, lapsus dicti temporis nil operari potest, cum obstat exceptio simulationis, quæ perpetua est, vt dictum fuit supra.

Secundo accedit, quod cum confessio facta præsumatur animo donandi, lapsus temporis ad opponendũ exceptionem dotis non numeratæ augere magis vñ, quam tollere hanc præsumptionem, arg. auth. de tpe non solute pecun. super dote, §. si autem neq; ver. ubi enim. Eo nam animo quo donare voluit confitendo, eodem etiam voluit labi tempus opponendi prædictam exceptionem.

Tertio suffragatur, quod plus operari non debet tacitum quam expressum, vt tradunt Doctores in leg. cum quid, ff. si certum petatur, & in l. 5. ff. de leg. 1. Atqui quando maritus est expressè confessus recepisse dotem, sumitur præsumptio, & interpretatio, quod ita confessus sit animo donandi. Ergo idem dicendum est in tacita hac confessione, resultantem ex lapsu temporis.

Ceterum si probamus opinionem illam, quam de iure veriorē esse diximus cum Rom. & Socino seniore sibi contrarijs, in cons. 82. nu. 2. lib. 3. & sequacibus, quod scilicet hæc confessio præsumatur facta spe futuræ numerationis

rationis tunc ea confessio marito eiusue heredibus non cebit, post elapsa tempora opponendæ exceptionis non numeratæ dotis. Ita ad rem declarat Didac. in d. lib. 1. variat. resol. cap. 7. num. 5. in fine, versic. quod si velimus, qui eiusdem sententiæ recenset Emanuele Costam in leg. si cautione, in 8. fallen. C. de non numerata pecun.

Extenditur quarto, vt procedat hæc traditio, etiam si confessio fesset geminatè facta, post contractum matrimonium. Nam adhuc præsumitur facta animo donandi. Ita tradunt Petrus, & Cynus in l. in cõtractibus, §. sed quoniam, C. de non num. pecun. & ibi apertius Castren. Idem sentit Socin. senior in l. 1. num. 95. vers. sed tenendo, ff. solut. matr. Dissentiunt tamen alij congeiti ab Emanuele Costa in l. si ex cautione, in fallentia 14. C. de non num. pecun.

Declaratur primò, vt non procedat, quando maritus esset ignobilis, & mulier nobilis. Ita Castren. in cons. 383. circa primum, col. 1. vers. tertius casus, lib. 3. & Soc. in d. l. 1. num. 103. vers. tertio limita, qui tamen remittit ad ea, quæ dixerat supra num. 73. quo loci distinguendo confessionem factam ante contractum matrimonium, ab illa facta post matrimonium, dixit, quod quando maritus ignobilis duxit vxorem nobilem, & constanter matrimonio confessus est, se recepisse dotem, non præsumitur, quod animo donandi sic confessus fuerit, sed spe futuræ numerationis. Ratio est secundum eum, quia iam contracto matrimonio, non subest amplius illa causa necessaria, vt scilicet contrahere possit ipsum matrimonium. Est enim iam consecutus quod voluit. & ante Soc. ita in specie distinxit, & considerauit Sal. in l. 2. in fine, C. de dote caut. non nume. & accedit Thom. Sanchez de matr. lib. 6. disput. 9. num. 8.

Verum responderi potest, quod etsi cessat illa ratio & causa, vt scilicet possit contrahere matrimonium. Nõ tamen cessat altera, nempe grati animi significatio. Cum enim beneficium hoc sit vir consecutus, vt illa dignata fuerit suo connubio, grati etiam hominis est, accepti beneficij memoriam retinere, & illud rependere. Quocirca nulla constituenda est differentia inter hoc quod confessio fuerit facta ante, vel post contractum matrimonium.

78 Septimus est casus, quando maritus post contractum matrimonium confessus est recepisse dotem ab alio, quam ab ipsamet muliere. Et dubitatur an præsumatur verè numerata, vel facta confessio, spe futuræ numerationis, vel animo donandi. Hic duo considero, nempe exceptionem dotis non numeratæ, & exceptionem simulationis, hoc est donationis fictæ factæ. Quoad exceptionem dotis non numeratæ, docuit Bald. in l. 1. num. 4. versic. nam renunciare, C. de priuileg. dotis, hoc in casu cessare, quia præsumitur dos verè ab extraneo illa tradita, & a marito recepta. Idem scripsit Ias. in §. fuerat, n. 89. in inst. de actio. motus auctoritate Saliceti in auth. sed iam necesse. Cod. de dote cauta non nume. Soc. sen. in consil. 82. col. 1. versic. tertia ratio, lib. 3. Ioan. Lupus in rubr. extr. de donat. inter virum, & vxor. §. 30. nume. 12. versic. & quod plus est. Dec. in consil. 536. numer. 9. vers. ad hoc responderunt. Marfil. in sing. 344. Rub. in cõf. 78. col. vlt. vers. secundo ex capite, & Roland. in consil. 93. num. 29. lib. 1.

79 Ceterum contrarium f verius esse existimo vna cum Baldo Nouello in l. 1. nu. 207. vers. tertio limita, ff. solut. matr. & in tract. de dote, in parte 10. n. 14. & Didaco l. 1. var. resol. c. 7. vers. est & alia in hac re, & si recedè perpendatur, idem sentit Bal. in cons. 456. Scia origine, col. 1. vers. nec potest opponi exceptio, lib. 1. dum considerat in dote confessata marito, erga auiam maternam ipsius mulieris, obijci non posse non numeratæ dotis exceptionem, quia illi fuerat renunciatum, & lapsus erat tem-

pus opponendi, sentiens, quod alioqui opponi potuisset. Et aduertit Didacus primum Salicetum hoc non scripsisse, sed potius contrarium, ac Baldo, Ias. & sequacibus, repugnare text. §. si autem neque, in auth. de tpe non soluta pecun. super dote, ibi, in nullo discernentibus nobis, siue mulier tanquam dotem offerens conscribat, siue pater, siue alter quispiam pro ea. Et verè non reperitur quantum obseruare hactenus potuimus iure cautum, quod extraneo dotanti tributum sit hoc priuilegium, vt maritus confessus dotem ab eo recepisse, nõ possit opponere exceptionem hanc non numeratæ dotis. Quò verò ad illud secundum, an præsumatur facta confessio non animo donandi, atque ita an præsumatur fictio, & simulatio, Salicetus in d. auth. sed iam necesse, col. 2. versic. quæro constanter, refert alios sensisse, quod quando maritus confitetur erga focerum, sibi præiudicat, quando verò confitetur erga ipsam mulierem, tunc non afferat sibi detrimentum, quia præsumitur donare.

Ceterum ipse Salicetus ab illis dissentit, affirmans maritum sibi præiudicare erga ipsam mulierem, sentiens a fortiori, quod etiam sibi præiudicat erga focerum. Ita verè loquitur Salicetus, etsi Didacus præcitato in loco aliter eum sit interpretatus. Bal. verò in d. consil. 456. Scia origine, lib. 1. respondit non præsumi factam hæc confessionem fictæ, & sic animo donandi. Nam standũ est verbis instrumenti, quæ vera præsumuntur, l. cum precibus, C. de prob. Nec simulatio præsumitur, l. 3. C. plus valere quod agitur. Nec hic agitur (inquit Baldus) de donatione inter virum, & vxorē, quia hic præsumitur auiam donasse nepti, non autè virum vxori, l. Caius, ff. solut. matr. l. auia, C. de iure dotium, & leg. vnica, §. extraneum, C. de rei vxor. actio. Et subiungit Baldus, quod si concederemus, confessionem fuisse factam animo donandi, donatio ipsa confisteret, quia maritus diceretur donasse illi auia maternæ, & auia nepti. Ceterum a Baldo in specie dissentit Io. Lupus in rubr. de donati. inter virum & vxor. §. 30. n. 12. versic. ista sunt fere verba, motus auctoritate Io. Campeg. in tract. de dote, part. 1. q. 50. sed verè Campegius loquitur, quando ex verbis mariti expressè donantis extraneo, colligitur eius animus, & mēs donandi vxori. Existimo Baldum recedè sensisse, quando sumus in dubio, quia (vt ipse dixit) in dubio fraus, & simulatio non præsumitur, & standum est verbis instrumenti. Receditur tamen ab hac præsumptione, quando extant contrariæ coniecturæ.

82 Prima quarum est, quando maritus ære alieno grauatus, confessus sic fuisset erga valde coniunctum ipsi mulieri. Nam tunc præsumitur ficta confessio, donandi scilicet animo. Ita Bald. Nouellus in tract. de dote parte 10. num. 14.

83 Secunda est coniectura, quando maritus confessus est erga focerum suum, dotem ab eo recepisse. Hoc etiam casu fraus, & simulatio ita præsumitur. Bal. Nouell. præcitato, in loco, vers. & multo magis. Est ratio, quia focero donari ita prohibetur, vt propriæ vxori, l. 3. §. qui in eiusdem, ff. de don. inter vir. & vxor.

84 Tertia est coniectura, quando maritus est confessus recepisse dotem ab omnino extraneo, qui cum quo tamè habitus fuisset aliquis sermo, & tractatus, quod ipse maritus cupiebat donare vxori suæ. Hoc sanè casu coniectura est, quod confessio deinde subspecta fuerit facta animo donandi, & sic fictæ, & simulatæ. Ita sentit Io. Lupus in d. §. 30. num. 6. vers. ex quo dixi.

85 Quarta est coniectura, quando maritus est confessus recepisse dotem a penitus extraneo, qui deinde statim ius suum cessit, & transiit mulieri. Hoc sanè casu præsumitur confessus in fraudem, & sic animo donandi ipsi mulieri. Ita colligo ex Io. Lupo in d. §. 30. num. 12. in §. & nu. 13.

Oportet, & ultimus est casus, quâdo maritus constantem matrimonio confessus est recepisse dotem, deinde solvere, vel si alter, qui dotem constituerat, promissit alia scriptura, vel in instrumento se soluturum summam illam confessatam. Hoc in casu dubitari solet, an verè dos illa fuerit numerata, vel potius facta confessio, spe futuræ promissionis postea factæ, vel spe futuræ numerationis, subdistinguedi hic sunt tres casus, quorum primus est quâdo promissio de soluenda dote, subsecuta est incontinenter ipsam confessionem. Hac in re sunt opiniones Bald. enim in l. legem, n. 13. C. de pactis, scripsit confessionem præsumi simulatam. Verum idem Bald. in l. pen. §. si mulier, ff. solut. matr. docuit, confessionem præsumi factâ spe illius promissionis subsecutæ. Et hanc postremâ opinionem secuti sunt Castr. in d. l. pen. §. si vir, & Rom. nu. 2. & idem Rom. in conf. 445. nu. 1. ver. primus quod Alex. ibidem. & in conf. 148. nu. 1. lib. 1.

Et hic quidem casus probatur primo text. l. minor viginti annis cui fidei commissum, ff. de minor. quem perpendit prius Bal. & deinde Rom. & reliqui, eo. n. loci dicitur, quod quando præcedit confessio de recepto, & deinde promissio statim, præsumitur confessio facta spe illius subsecutæ promissionis. Secundo affertur l. ab Anastasio, C. mandat. quam explicat Roma. in d. conf. 445. n. 2. qui tamen sentit non satis probare. Tertio motus est Rom. & prius Angel. in d. conf. 145. argumento ducto à solitis. Cum enim (inquit ille) sic quotidie observari consueverit, ut mariti confiteantur recepisse dotem, & deinde dotem constituens, promittat se soluturum, sumitur cõiectura à solitis, quod confessio facta fuerit spe futuræ promissionis, & numerationis.

Quarto affertur ratio à Bal. in d. §. si mulier, & à Roman. ibidem, & in d. conf. 445. nu. 4. quod quando vnus factus fuit factus statim post alterum, cõsentur duo actus correspondere, hoc est, quod vnus causa alterius cõfectus fuerit, l. si ventri, §. vlt. ff. de prinleg. credit. & cõpiose differemus infra lib. 6. in præsum. 10. vbi agemus de ipsis actibus correspondens.

Secundus est casus, quando post confessionem dotis receptæ subsecuta est promissio de soluendo dotem ipsam, & adhuc lapsus non est tempus opponendi exceptionem dotis nõ numeratæ. Hoc casu idem est quod superiore, quo ad ipsum maritum, quod scilicet cõfessus sic fuerit spe subsecutæ promissionis, & postmodum numerationis, sicuti Doctores omnes admittunt. Nã subsecuta ipsa promissio hoc manifestè significat. Sed dubitatio est, quoad ipsam mulierem, nempe an ipse maritus sic confitendo non præsumatur recepisse dotem, ut eius hæredes post soluto matrimonio, vel alio eueniente casu restitutionis dotis liberentur, cedendo actiones, vel potius teneatur omninõ restituere dotem, salua sibi actione contra promissorem. Hac in re magna est inter Doctores contentio: vna enim fuit opinio eorũ, qui scripserunt, hæredes liberari cedendo actiones. Ita lanè Bal. in d. l. penul. §. si mulier, ff. sol. matr. & ibidem Ang. vbi testatur sic fuisse decisum Perusij. Idem in consil. 143. Rom. in d. l. pen. §. si vir, & in d. conf. 445. ver. secundus quod. Sal. in l. si absentis, C. si certum per. post Bald. ibidem. Barb. in conf. 10. lib. 2. Curt. sen. in conf. 54. incipit super duobus, col. 2. ver. sed præmissis, & col. 3. qui latè hanc tuetur. Eandem opinionem visus est probare Afflicus in c. 1. nu. 21. ver. sed iuxta hæc notantur, de feudo dato in vim legis commissi.

Ea præcipua ratione ij moti sunt, quod eo tpe factæ promissionis nondum ius quasi perfectè fuit ipsi mulieri, cõ aduersus eam potuisset objici exceptio dotis nõ numeratæ, l. 2. & l. vlt. C. de dote cauta non num. Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt præ hæredes mariti teneri restituere dotem ipsam, & ob id non liberari, cedendo actiones. Ita Bart. in d. l. pen. §. si vir, ff. sol.

matr. & ibidem Castrenf. & Alex. Bald. sibi parum constantis in conf. 224. Vir fuit confessus lib. 5. Abb. in conf. 73. nu. 3. lib. 2. Alex. in conf. 76. col. 1. lib. 2. & in conf. 148. col. 1. lib. 5. Corn. in conf. 151. in 3. dubio, lib. 1. & in conf. 209. col. vlt. lib. 3. & in conf. 109. lib. 4. Soc. sen. in conf. 179. col. 4. ver. confirmantur postremo, lib. 2. in consil. 64. col. pen. lib. 3. in conf. 27. nu. 24. in cont. 88. nu. 21. in conf. 130. nu. 18. lib. 4. Felin. in cap. si cautio, nu. 83. de fide instr. lal. in conf. 122. lib. 1. Ruin. in conf. 197. ad finem lib. 1. Neu. in lib. 2. Syluæ nupt. numer. 73. qui testatur sic iudicasse Senatũ Mediolanensem. Affl. in decisi. 323. nu. 1. Campegij in tract. de dote, in prima parte, q. 52. nu. 3. ver. aduertendum tamen est, & in 5. parte, q. 75. Ripa in l. vlt. nu. 116. C. de reuoc. don. Cag. in l. 2. n. 20. C. de pact. inter empr. & vend. Bellon. in col. 78. n. 8. Natta in conf. 316. n. 2. & 3. lib. 2. Phanic. de lucro dotis in verbo restituenda. nu. 46. & Crau. in conf. 253. in fin. in conf. 282. nu. 3. ver. 7. & in conf. 285. col. pen. ver. non obstat quod solum. Ea præcipua ratione ij moti sunt, quod maritus recipiendo illam promissionem, censetur loco solutionis dotis accepisse nomen debitoris, atque dotis creditum transulisse, & nouasse in aliam causam promissionis.

His constat postremam hanc opinionem esse magis receptam, & ob id in iudicando sequendam. Et hæc quidem opinio multo magis locum habet, quando focer, vel alter dotans, promissit ex alia causa se soluturum pecuniam illam, quam maritus confessus fuerat recepisse, ut puta causa mutui, vel ut ex ea percipiat annuum censum. Nam tunc præsumitur facta nouatio, atque ita pecunia manet apud debitorem periculo ipsius mariti. Ita Soc. sen. in conf. 139. nu. 19. ver. & positio, lib. 4. Et rursus opinio hæc multo magis locum habet, quando maritus recepit eam promissionem à focero, vel alio dotante, quem sciebat non esse soluendo, vel cum non soluendo esset, distulisset, & is factus est soluendo. Ita Rom. in d. conf. 445. col. 2. ver. & hæc opinio mihi placet.

Declaratur primò, ut locum non habeat prædicta opinio, si quâdo maritus confessus esset erga mulierem se ipsam dotantem. Nam tunc hæredes mariti cedendo actiones ipsi mulieri, liberantur. Ita declarant Castr. in d. l. pen. §. si vir, n. 3. ff. sol. matr. Corn. in conf. 109. n. 3. lib. 4. Ruin. in conf. 196. col. pen. ver. Non obstat postremo lib. 1. Purp. in l. 2. §. creditum, n. 29. ff. si cert. per. & ita intelligi debet Neu. in d. lib. 2. Syluæ nupt. n. 73. in fi.

Declaratur secundò, ut locum non habeat, si quando focer, qui post confessionem à genero factam promissit soluere, successit ipsi filia. Hoc sanè casu maritus cedendo inanes actiones focero suo liberatur. Ita egregie decisum fuit in consil. Neapolitano, teste Affl. in dec. 323. vbi Virillus. Idem est e contra, quando si mulier successisset patri suo dotanti, vel alteri, qui dotem constituit erga quos maritus est confessus. Nam & tunc sufficit, si hæredes mariti cedant inanes illas actiones. Ita Corn. in d. conf. 109. n. 3. lib. 4. qui sic intellexit Ang. in d. conf. 145. Et Corneum secutus est Neu. in d. lib. 2. Syluæ nupt. nu. 73. in fin.

Declaratur tertio, ut non procedat prædicta opinio, quando post factam illam promissionem apparet, quod pars ipsius pecuniæ fuit ab illo promissore soluta. Nam tunc verè præsumitur confessionem illam primam factam fuisse solum spe subsecutæ deinde promissionis, & numerationis futuræ. Ita in specie Cur. sen. in d. consil. 54. super duobus, col. 4. ver. suadentur præmissa, adductus auctoritate Bal. in l. 2. C. de non num. pecun. vbi etiam Salic. annotauit.

Tertius est casus, quando promissio facta fuit post lapsa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis. Hoc sanè casu sine controuersia præ hæredes mariti tenentur restituere dotem, nec cedendo actiones liberantur.

matr. & ibidem Castrenf. & Alex. Bald. sibi parum constantis in conf. 224. Vir fuit confessus lib. 5. Abb. in conf. 73. nu. 3. lib. 2. Alex. in conf. 76. col. 1. lib. 2. & in conf. 148. col. 1. lib. 5. Corn. in conf. 151. in 3. dubio, lib. 1. & in conf. 209. col. vlt. lib. 3. & in conf. 109. lib. 4. Soc. sen. in conf. 179. col. 4. ver. confirmantur postremo, lib. 2. in consil. 64. col. pen. lib. 3. in conf. 27. nu. 24. in cont. 88. nu. 21. in conf. 130. nu. 18. lib. 4. Felin. in cap. si cautio, nu. 83. de fide instr. lal. in conf. 122. lib. 1. Ruin. in conf. 197. ad finem lib. 1. Neu. in lib. 2. Syluæ nupt. numer. 73. qui testatur sic iudicasse Senatũ Mediolanensem. Affl. in decisi. 323. nu. 1. Campegij in tract. de dote, in prima parte, q. 52. nu. 3. ver. aduertendum tamen est, & in 5. parte, q. 75. Ripa in l. vlt. nu. 116. C. de reuoc. don. Cag. in l. 2. n. 20. C. de pact. inter empr. & vend. Bellon. in col. 78. n. 8. Natta in conf. 316. n. 2. & 3. lib. 2. Phanic. de lucro dotis in verbo restituenda. nu. 46. & Crau. in conf. 253. in fin. in conf. 282. nu. 3. ver. 7. & in conf. 285. col. pen. ver. non obstat quod solum. Ea præcipua ratione ij moti sunt, quod maritus recipiendo illam promissionem, censetur loco solutionis dotis accepisse nomen debitoris, atque dotis creditum transulisse, & nouasse in aliam causam promissionis.

fanatur. Ita Rom. in d. conf. 445. nu. 4. in fin. ver. tertius quod. Nam tempore receptæ promissionis perfectè acquisitum fuit ius ipsi mulieri. Et huc casum multò magis admisisset Bar. & qui cum secuti sunt. Eandem opinionem verè probauit Affl. in d. c. 1. nu. 21. ver. sed iuxta hoc notanter, de feudo dato in vicem legis commissor.

*Dos confessata à marito, quando præsumatur ei numerata, in detrimentum, & præiudicium creditorum ipsius mariti?*

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio de dote facta, quibus casibus marito non nocet, neque ipsius præiudicat creditoribus.
- 2 Confessio mariti ante matrimonium contractum, donandi animo facta, creditoribus non obest.
- Idem si constet eam animo defraudandi factam esse, num. 3.
- 4 Confessio mariti cum in dubio spe futuræ numerationis facta præsumatur, creditores, exceptionem non numerationis opponere possunt.
- 5 Maritus cum confessione renuncians etiam exceptioni non numeratæ dotis, creditoribus tamen non præiudicat.
- 6 Pactum vnus non extenditur contra alterum, nec factum vnus alter præiudicat.
- 7 Renunciatio iuris, renuncianti solum, non alijs nocet.
- 8 Dotis receptæ confessio, etiam instrumento guaranteegiato facta non tamen præiudicat creditoribus.
- 9 Guaranteegia sicuti tertio nominato prodesse nequit, ita nec obesse potest.
- 10 Sententia contra creditores lata non nocet marito, & e contra.
- 11 Statutum exorbitans, non debet ad alias personas extendi.
- 12 Confessio mariti facta fauore mulieris præiudicat confessioni factæ pro creditoribus.
- 13 Dos in pari causa creditoribus præiudicat.
- 14 Dotem recepisse confessus ante contractum matrimonium, lapsò tempore opponenda exceptionis, tam sibi, quam creditoribus præiudicat. Dissimulante tamen Baldo, & alijs, num. 15.
- 16 Beneficio alteri competenti, nemo ipso iniurto vti potest.
- 17 Dotis receptæ sola confessio præiudicat creditoribus, si numeratam fuisse faterentur in respondendo positionibus.
- 18 Dotem confessatam ante matrimonium contractum, verè numeratam præsumi in præiudicium creditorum habentium solummodo actiones personales.
- Idem si ad sint aliq̃ue dotis numeratæ coniecturæ, vel indicia, num. 19.
- 20 Alimenta mulieri præstans maritus, an maritali potius affectione, quam causa dotis receptæ facere præsumatur.
- 21 Dotis receptæ confessio subsecuta promissionem factâ ante matrimonium tamen, arguit dotem re vera numeratam in præiudicium etiam creditorum. Alijs contrarium tuentibus, nu. 23. Vide distinctionem, num. 24.
- 22 Exceptio non numeratæ pecuniæ, contra confessionem depositi nequit opponi.
- 23 Dotem recepisse in re immobili, etiam data pro estimato, confessus maritus ante matrimonium contractum, verè datam præsumi in præiudicium quoque creditorum.
- 24 Dotis numeratæ confessio, matrimonio iam cõstante, facta animo donandi, aut defraudandi creditores, ipsi non præiudicat. Idem est de confessione dotis augmentatæ, nu. 27.
- 25 Dotis augmentum, cum de præiudicio creditorum non agitur, nõ præsumitur factum in fraudem.
- 26 Dotis numeratæ confessio matrimonio constante facta à marito, qui soluendo non est, fraudulenta præsumitur.
- 27 Confessio mariti de dote recepta, matrimonio constante, spe futuræ numerationis præsumitur, nec creditoribus nocet.
- Et quamuis passus sit labi tempora opponenda exceptionis, numero 31.
- Vel cum confessione, eidem exceptioni renunciauerit, num. 32.

Idque procedit etiam si confessio facta sit in instrumento guaranteegiato nu. 33. Vel sit etiam facta extraneo cuida, n. 34. Quibus tamen casibus locum id non habeat, remissiuè, nu. 35.

P R A E S V M P T. XIII.

Explicauimus superiori præsumptione, quando dos confessata à marito, præsumatur ei ad sui detrimentum numerata. Nunc differendum est, quando præsumatur ipsi marito numerata in præiudicium, & detrimentum creditorum ipsius mariti. Qua in re præmittendum est, quod prius, quod illis in casibus, in quibus hæc confessio non nocet marito contenti, multò minus nocet ipsis creditoribus, qui non dicuntur illi confessioni consentisse, & qui in quandam consequentiam, & per modum accessorij veniunt. Ita in specie declarat Alex. in consil. 142. nu. 1. lib. 5. His præmissis, distinguimus nunc, ut superiori præsumptione, duo tempora, hoc est primum ante contractum, & secundum post contractum matrimonium. Duo itaque sunt capita. Primum ante contractum, secundum post contractum matrimonium.

Quo ad primum caput Socin. Sen. in l. 1. nu. 75. ff. solut. matr. distinguit plures conclusiones, quas nos casus appellabimus.

Primus itaque est casus, quando constat quod maritus, qui confessus est ante matrimonium se recepisse dotem, habuit animum donandi. Hoc casu (inquit Socin. in d. l. 1. nu. 85.) confessio mariti non nocet creditoribus, cum suo facto eis nocere non possit, iuxta regulam iuris, alteri per alterum iniqua conditio inferri non potest, c. alteri, de reg. iur. in 6. Et accedit, quod si confessio hæc non nocet ipsimet marito, sicuti diximus supra in præcedenti, nec creditoribus illius nocebit.

Secundus est casus, quò constat maritum sic fuisse confessum, ut fraudaret creditores. Hoc casu res clara est, quod scilicet confessio hæc non nocet ipsis creditoribus. Ita Socin. in d. l. 1. nu. 86. quem secuti sunt congesti à Tiraq. in tract. de retractu consang. §. 1. glof. 18. num. 88. Quam quidem sententiam probant l. affiduis, C. qui potior. in pignor. habeant. & l. post hac, C. de bon. proscripti.

Tertius est casus, quò sumus in dubio. Hoc in casu præsumitur facta spe futuræ numerationis. Ita Soc. in d. l. 1. nu. 87. ff. solut. matr. Idem affirmarunt Aret. in conf. 86. nu. 3. & 4. Alex. in conf. 142. nu. 5. lib. 5. Didacus lib. 1. variar. resolut. cap. 7. num. 6. ver. de creditoribus. Et ij quidem moti sunt text. l. vlt. cum authen. ibi posita, C. de non num. pecun. Ex quo sequitur, quod creditoribus non nocet, cum opponere possint exceptionem ipsam dotis non numeratæ, sicuti docuit Socin. motus text. l. si cui, C. de non num. pecun. de cuius sensu differemus infra.

Extenditur primò, ut locum habeat hic casus etiam quando maritus ipse in confessione receptæ dotis, renunciat ipsi exceptioni non numeratæ dotis. Hoc etiam casu non præsumitur dos verè numerata in præiudicium creditorum. Ita reiecta Butrig. Rainerij, Bart. & Salicetti, & Angeli opinione in l. alsiduis, C. qui potior. in pign. hab. & Castr. in conf. 383. circa primum, num. 1. lib. 2. ac Campegij in tractat. de dote, parte 1. q. 53. num. 4. rectè scripserunt Alex. in d. l. 1. ff. sol. matr. Imola in l. si ita stipulatus, §. Chrylogonus, ff. de verbor. oblig. Benedictus Plumbinus in disputatione quæ incipit, statuto ciuitatis, quos refert, & sequitur Soc. Sen. in d. l. 1. nu. 89. ff. solut. matr. Gozad. in conf. 28. num. 21. Ea ratione prima moti sunt, quod non debet esse in facultate mariti, sua confessione, & renunciatione, fraudare creditores. l. 1. §. si culpam, ff. si quid in fraud. credit.

Secundò accedit simile, quo dicimus, debitorem nõ posse agnoscere debitum in præiudicium fideiussoris. l. tam mandatori, C. de non num. pecun. Ita & renunciamus Primus.